



passionem tuam clementer humiliter
et deuote exorantes ut nobis peccatoribus
misereri et parcere digneris qui pro nobis
dignatus es nasci de maria uirgine
et pro nobis a iudeis capi ligari
a lapis cedi conspui uerberari corona
spinea coronari. In cruce poni cla
uis affigi. Aceto potari mortem
pati et tertia die resurgere uoluisti
O. trinitas sanctissima. Concede
michi miserissimo et desolatisimo
peccatori in hac die per predictam
passionem domini nostri ihu xpi meo
rum omnium remissionem peccatorum
Et post mortem michi et omnibus
parentibus amicis et inimicis et bene
factoribus meis ac omnibus fidelibus
uiuis et defunctis uitam et gloriam
sempiternam concedere digneris. Q
ui uiuis et regnas deus per omnia se
cula seculorum. Amen

